

TE OMNIS VITIAZ SUTUMA ZAT PESTIS REHIL  
VANITATE DIAZ TURVAS COLDAS IN PESTIS Q  
VETATIOLIT OMNIS VITIAZ E DIVIS

# IN HOC VOLVMINE

## HÆC CONTINENTVR.

JOANNIS BAPTISTÆ EGNATII VENETI IN DIO-  
SCORIDEM AB HERMOLAO BARBARO  
TRALATVM ANNOTAMENTA. QVIBVS  
MORBORVM ET REMEDIORVM VO-  
CABVLA OBSCVRIORA IN VSVM  
ETIAM MEDIOCITER ER-  
DITORVM EXPLI-  
CANTVR.

Pedacii Dioscoridis Anazarbei de Medicinali materia ab eodem Barbaro lati-  
nitate primum Donati Libri quinque.

Eiusdem de Noxiis Venenis ut Caueri uitariq; possint.	Liber. I.
Eiusdem de Venenatis animalibus & Rabioso Cane.	Liber. I.
Eiusdem de eorum quos animalia Venenata momorderint.	Liber. I.
Hermolai Barbari patricii Veneti & Patriarchæ Aquileiensis Corollarium libris quinque Absolutum.	

Accedit in Dioscoridem & Corollarium index q̄ copiosissimus.

Hosce Omnes libros intra quindecennium nullus excuditō.

Si quis contra faxit, impius iustabilisq; esto.

Leonisq; decimi Pontificis Diris obnoxius semper uiuit.

Ex sudæ Collectaneis.

Dioscorides Anazarbenis medicus cognomēto phacas. i. Lentinus q̄ lentig-  
ne os de honestaretur: fuit autē sub Cleopatra & Antonio in Ægypto: scripsit  
libros quatuor & uiginti ualde Celebres ad medicinæ usum.

IOANNES BAPTISTA EGNATIUS VENETVS SERENISSIMO, ET  
OPTIMO PRINCIPI LEONARDO LAVRETANO, SENA/  
TIVQ VE AMPLISSIMO FELICITATEM.

**P**hocionis illius uxorem, cui probi cognomē fuit a uitæ morūq; sanctitate dicere solitam accepimus Princeps Serenissime, Patresq; optimi, mūdū nullū sibi esse domi illustriore, militati uiti gloria, & frequēti a Phocione marito terū bello præclare gestarū recordatiōe. Contra Cornelīā Graccorū matrem respōdisse Cāpanā matronā opibus ac luxu insolecenti memoriae proditū est: nihil sibi iucidius aut carius eē duob⁹ libertis Tyberio, s. & Caio, quos cū optimis iſtitutis ac disciplinis erudiēdos curasset: ornamēto ſumō ac uſui sibi, ac Reip. ſote ſperaret. Et ſane graui⁹ multo Cornelia, ac ſapiētius telpōdiffe uideri pōt. Quis, n. (quæſo) nō uideat, quātū doctrinæ ſtudiū bellicæ laudi, ac gloriæ præſter: neq; ueto ſolū qđ hæc uni populo gētiue cū alterius in tertium pernitie i rebus dubiis ſaluti fuit, literæ, atq; artes ipſæ liberales oibus plunt: uerū ēt q peculiatis, ac præcipua līratū eſt laus, ut hoīes, quos ad malū, priores uel natura peperit, uel uolūtas exercuit meliores ſola redtant. Q uanto igitur cōmoda, quæ a literis Doctri- nae ſtudio proficiſcūtur, ampliora illuſtrioraq; ſunt imperatoriis cōſiliis, & artibus: Tāto hoſce uiros q omnē ætate ſuā in literis honestisq; disciplinis cū aliqua laude cōſumpſere, maiore laude dignos eſſe cen ſebimus, quod ſi oīs retro memoria repetatur iam inde ab incunabulis ampliſſimæ huius ciuitatis ueſtræ Princeps optime, Virtuq; doctrina, & multarū artiū cognitiōe celebres cōmemorētur, qui certe & plu- ſimi, & clarissimi apud uos floruere, paucos admodū habeas, quos Hermolao Barbaro Zachariae, F. pte- ponas, & huius quidē uiri tanta laus & nominis celebritas æſtimāda eſt, ut in hoc genere laudis ſolus pro- pemodū ornare patriā hanc potuerit. Qui ab ineunte ætate nobilissima familia natus, auo, patruoq; ma- jore insignis, ſumō ac diuino ingenio, cōtētissimo ſtudio, multipli literarū & artiū cognitione celebris adeo apud oēs ſemper extiterit, ut nemo iā Barbari memoria niſi ut numinis cuiuſdā ſanctioris, et au- gustioris genii colat, cuius prudentia quāta in obeundis legationibus fuerit, quāta domi forisq; integrī- tas in ampliſſimis magistratibus gerēdis, haud ſane in præſentia attingā, quod recordatio probitatis eius & innocentiae uigebit ſempiterna apud te, patresq;. Ampliſſimi ordinis oēs. Ille igitur cū in hac paleſtra li- teraria ſemper ita ſeſe exercuerit, ut nullū unquā tépus prætermiferit nō de literis cogitandi, atq; optime de humano gīre pmerēdi, cū alia multa uiuēs edidit: Tū ſupremo uitæ ſuæ tépore Dioscoridis Anazar- bei libros de medicinali materia in latinā lingua felicissime uertit. & ne nō uita eius propolita & addi- ſta ſtudio iuuādi oēs uideri poſſit: quinq; librōs, quos Corollarii nomine appellati uoluit: ad Diſcori- diſ traſlationē addidit. De quibus libris illud plane affirmare habeā, nihil eruditius, nihil uberior, nihil magis uarij post inſtaurationē Latinæ linguae eſſe editū, qbus plane & gloriæ ſuæ, & līratū oibus ſatiſfecifſe uideri queat. Quod ſi in multis uolūtas iuandī nō exitus attēditur, quā uerā Solidaq; Batba- ri gloriæ eſſe iudicabimus, q omnē ætate ita cōſumpſerit, ut nūquā illū ſociū a literis abſtraxerit, uoluptas a uocari: ſonus retardarit, qui nūquā ita adoleſcēs uixit, ut nō minus negocii quā ſociū ſui (qđ ſapiētissi- mu ſuēq; præſtare deceat) rōnē reddere ualeat, q præter alia ingenii monumēta primus Plinianis tenebris lumen accenderit, & cū a Rep. uacaret: præceptoris munus nō refugerit: Aristotelē, & teliuā omnē Phi- losophiā noſtratibus hoībus explicādo. Cuius & uolumina cōplura i latinū uerterat, quæ mox edētut, & cōmētarii etiā illuſtrarat. Illū igitur, & doctiſſimus quisq; ſemper admiratus eſt, & optimus coluit. Quare nō iniuria Innocētius Pōtissex Aquileiēſi ſedi nolētē iuictūq; p̄fecit. Ille uero ppolito ſatis Diſcoride, Co- rollario nōdū tñ absoluto, dū Aristotelē uertēdo i latinū uacat (proh nefas) ex peſtilētia Romæ decessit anno uix etatis qn quagesimo, q ſi ſuceptā ingressāq; ſtudiorū ſuorū rationē p̄ficeret p̄ polireq; potuiffet, eequio- re fortasse animo ac leniore decessiſſet. Et ſi, n. dōlere homini poterat: quod procul a ſuis, a patria, dōme- ſtisq; penatibus abeffet: nō mediocrē tñ animo uoluptatē capere poterat, quod perpetuā nūquāq; ſene- ſcētē de ſe memoria ſore ſperabat: q ſpiritu moriēs, uirtutis memoria ſempiterna frueret: q apud oēs doctos & probos cōſtantissimā prædicationē ſtudii & industria ſuæ reliſtū iri cōgītabat. Cū igit præſta- tissimi uiri gloriæ & doctiſſimi, oēs debeat: & me nō minus eius memoria conſeruādæ & augēdæ laudi debere cognoscere: curau i ſumō ſtudio, ut hæc oīa que tot ānos i tenebris iacuerāt, p̄dītētū publicū: nec labori, aut uigiliis parcēdū mihi pro eius uiri laude, & cōmuṇi omniū utilitate censui, qui oneris quidē ſui partē impertiebat nemini, laudis autē, & gloriæ inuidebat nulli. Et Diſcoridē quidē ipſum ita edē- dum uolui, qualē iile ſuprema lima perfecerat: cui tñ ne qđ deeffet, annotamēta quādā in uolum etiā me- diocriter eruditiorū adnexui. ut ſi quos librorū eorū utilitas imensa inuitaret: nō retardaret interim obſcu- ritas, ſimul & ſtudio meo præcurrerē delicate etiā lectori: & ſaþe ad leuissima quæq; nauſeanti. In Corol- latii autē libros præfationes quæ desiderari uidebātur, tātu addidi, Cætera quātū per mancipes librarios iſtos, licuit, ut emēdatiſſimi ederēt, operā dedi, neceſſe tñ fuit: ut offeniſuclæ quedā interdū occurretēt. Quæ oīa tibi Princeps optime ſenatuq; grauiſſimo tuo nūcupāda censui, uel q iudicii quandā deipſo Hermolao prærogatiuā ſequeret: qui cū patriæ ſeſe oīa debere ſcīret, uel hoc ipſum præſtare i p̄tīmis opta- ret: uel quod illū patriæ ſuæ quodammodo reddere: ac reſtituere uidebar, uel q cū tibi Princeps Serenissi- me uitā, cū dignitatē, cū oīa debetē, nō poterā, qcqd hoc fuerat industria mea nō tibi ac ſenatu Am- pliſſimo nō dicare, quos æternū uigere ac Florere Deos i mortales ppetuo rogo, quando teipſo ſupſite & icolumi ſenatu de totius orbis ſalute christianoq; noīe optime ſperadū ſit, Bñ ac feliciter. Vale.

MORBORVM AC REMEDIORVM VOCABULA APVD DIO-  
SCORIDEM OBSCVRIORA BREVITER AB EODEM  
EGNATIO EXPLICATA IN VSVM ETIAM MEDIO/  
CRITER ERVDITORVM. SIMVL ERRORES, Q VI  
INCVRIA NEGLIGENTIAQ VE LIBRARIO/  
RVM IRREPSERE, CASTIGATI.

## **Cap. PRIMO.**

**Carne conuestit.** Emendandum pro conuertit.  
Pessi, sc̄eminarum medicamenta sunt, quae in molli lana genitalibus earum conduntur.  
**Malagmata,** medicamenta, quae ad molliendū (unde & illis nomen) integræ cuti adhibētur.  
**Acopa,** ac si sine labore interpretere Remedia a græcis dicta ad lassitudine leuandā, sicut & Apo-  
ni balnea, quae uulgo Abani balnea dicantur.  
**Rupta conuulsa.** rhegmata & spasmata græci, ut aliqua tamen differentia sit, nam rupta dicimus  
simpliciter, ubi uero non ruptum tantum & fractum, sed intus netui lacefitti, tunc conuulsum  
dicimus. coniungimus autem fere, quod raro utrūq; non cōtingat, ubi unū incidat, unde etiā  
Iuuenialis Allusio prima satyra, quod in racemationibus nostris adolescentes olim primi ad-  
monuimus.

Ex.II.Cap.

**Stillicidium latini Appellauere morbum quum sine calculo & in flāmatione ægre lotū eat Dysuria & stranguriam graci dixete, utinæ difficultatem fere uulgus. Desideria mulierum, menstruorum Irritamenta latini Eleganter dixere.**

Ex. III. Cap.

**Ex. III. Cap.**  
Flunctiones pectoris, thoracis theumatismos uerbū de uerbo diximus, sunt qui fluxiones magis probent.

ace.

**Ex Cap. V.**  
Tinea lata, sunt hæ Celso trium genetum Elminthes a græcis, latæ, Teretes, & quæ uermium figura græci Ascaridas appellantunt, tametsi Celsus in cōmune Lübricos eas dixerit. uulgas omnes uermium nomine censem, quibusq; uenter ab his doleat, & præcipue pueris, uermios Morbo laborare putat.

gue & herb

**Dap. VI.**  
**Cyperum olente** Plinius cypressum ut Aestimandum sit.  
**Hircum spirante**, id est hypertragizonta, quasi hircorum odorem redolentem, quem latini hircū

Digitized by srujanika@gmail.com

**Abundantias.** graci thyris, nos modo Profluua, modo Abundantias.  
**Oculorum desiderium.** Ophtalmica græce quasi prutitū illū oculorū existimes, pizlam uulcus.

Cap. VI

**Aliuca**, sunt qui aliuncam malint, tametsi Plinius diuersum quid nardum gallicum a saliunca  
uideatur intelligere.

plethes a gra

**Arquatis, id est Morbo regio laborantibus, quem & Isterum græcia appellat.**

## **Capitano Pienti, Epip**

*lotionem cum frequens humor ab oculis distillet. lachryma uulgus dicit, quasi ab inferendo gra-  
cia nuncupatus. Aegilopiam autem ab Auena nuncuparunt, is grauior morbus. nam inter  
nares & angulum majorem oculorum Pituita multa defluit, quæ si negligatur, ossa depascit,  
fistulamq; facile gignit.*

Cap.XII

Nodis frequentibus. Serapio ramis spissis & plenis. Sed magis probatim nodos. propter ea quae sequuntur.

**Ad distillationes spirituūtæ, Catharrum græci uocant.**

Cap.XII

Melicertes maturat. Duplicem celsus speciem huius morbi reddit, est aut tuberculū abscessusq;

Mellis crassitudine unde nomen; in cubitis & genibus, sed & in ore, quod uero in Scapulista  
tum nascit cerion fauusq; dicit prie, est et sua Capiti meliceria cu humor melli similis inclu-  
sus latet qd ganglion appellarunt, non defuerit qui gallicu morbu inter melicerias reponeret,  
Oculorum inflammationes ophthalmomon phlegmonas graci.

Cap. XVI.

Modice astringit, Erumpit, Suppurat, hic aduertendum pro suppurare alias concoqueret redi-  
disse, sed Hermolaus noster non pepticen idest concoquedi uim, sed pepani legit quod sup-  
purare dicimus, cum ulceram, si am saniem emissura sint, ut Aestimandum sit.  
Fastidientibus stomachis. Quis non uideat ita significantius redditum quod gracus assodessit  
machis codex habet qd stomachi doloribus?

Cap. XVII.

In assulas multas dissiliens. Scindamus graci, ut ridendus sit Serapio qui neruositatem reddide-  
rit, substillo, idest stranguria & urinæ difficultati.

Cap. XVIII.

Theriston Plinius Eutheriston quod & melius opinor.  
Non subacida, facilis dilui, sunt qui Eudæton, i. solui facilis interpretentur alii Eudeton malum.  
Vertiginosis, Scotomaticos & scotomata uertigines latini dixerunt, is morbus & frigidis & lentis hu-  
moribus contingit cerebro defluentibus, ut qui malum hoc sentiū facile cadant, quare uer-  
tigines nostri dixerunt quod ob oculos imagines retu uersari uideantur unde rotatus assidius  
occurrat, uulgus & ipsum hoc uertiginis nomen agnoscit.  
Qui recta Ceruice spiritum trahunt, orthopnoicos gracia dixit. Cōtra Asthmaticos quos suspi-  
riosos diximus, nam dyspnoicos leuiore morbo eos dicimus qui difficulter anhelant, necta-  
men ad interitum, sed asthma hydropefis fere consequitur.

Ex Cap. XIX.

Genitalium Nomas, hoc nomine graci intelligunt ulcera quæ depascunt & uorant Serpendo  
corpora unde & illis nomen.

Cap. XXI.

Diapasmatis more: Diapasma Asperginem latini eam intelligunt, quo uerbo & Plinius utitur,  
qua ad coercendos sudores uitimur, cuiusmodi sunt quæ siccis odoribus constant.

Cap. XXV.

Et ibi Croco' monte tu coryco Emenda,  
Licia tu Lyciae.  
Ab Aegibus, tu Aegis emenda, est aut Aege urbs Aetolica uel liuanis monumetis notissima,  
Oblongum & præpingue. Hic hermolaus ita legit ut non holomen. idest ab omni parte inte-  
grum sed Pimelem, i. præpinguem magis probavit Plin. auctore (ut opinor) secutus.  
Molibdæna quid sit ex ultimis corollatii libris petito.  
Ignis sacri Inflammationes, Plinius Erylipelas interpretatur quod & Barbarus agnoscit. Cellus di-  
uersum sacram Ignem ab Erylipelate facit & Galenus, is proprius morbus Erylipelas intelli-  
gitur cum ex tenue sanguine incenso ex bile ac feruente Tumor consistit.

Cap. XXVII.

Elegma, in litum latini appellant, uerbo tamen graco usitato.

Cap. XXIX.

Sudores cohibet sane, Tu sudores cohibet distingue, nam uerbum illud sane principium sequi-  
tis est clausula.

Ileos gracilioris intestini dolor, Contra colicus laxioris intestini, diuersum utruq; a lateris mor-  
bo quæ graci Pleurit in appellat. Vtrq; morbum colici nomine uulcus fere comprehendit.  
Decoquitoq; in Igne usq; eo dum fiat tam crassum, sic legendum sine ulla distinctione.

Cap. XXXI.

Tum demittis in fistile ampli oris nouum heminas centum.  
Decapulas, hoc uerbo signanter eteris, cum oleum diffundetur, & deuase in uas transmite-  
tur, nam elutriare & transuasare latus patent.

Cap. XXXIII.

Radicula, id uerbum ueteribus agricolis Pistillum significat ad interendum mortariis.

Cap. XXXIV.

Strigmenta, uerbu hoc Plinio & Celso sordes gymnasiorum significat, gloeus graci appellat,  
sed & intestinorum ueluti ramenta hoc nomine interendum appellamus.

Labia autem uasa maiora intellige.

AA

Condylomata autem sunt sedis uitia Circaq; coronam erumpentia ulcera latinis graciis medi-  
cis uulgato nomine.

Cap. XXXV.

Cetoma et cerote a graciis dicta, nos cerata a cera, sed & uulgus ita iam appellat, dicit & Patos, estq;  
oleum quo luctaturi sele perungunt, Patos tamen a graciis conum luttiq; Ceromati admixtu  
dicitur, quod si accesserit sudor, id uero consaloon nuncupare solent.

Cap. XXXVI.

Suppurationis morosa, idest quæ difficulter ad sanum deducitur.  
Desquamatis illinuntur, Aposyramenus graci. Nam & quæ aposyrmata illi, Plinius desqua-  
mationes dixit.

Cap. XXXVII.

In syriae Palmitis, oppidum id olim clarissimum totius Syriae iter medias harenas positum, sed  
bello contra Aurelianum Romanorum imperatorem, Zenobiaq; atq; Odenato principibus,  
ruina etiam atq; internitione omnium fere ciuium celebrius.

Cap. XXXVIII.

Ricinos eius maturos, Quam arboré graci crotoné, Plinius Ricinu appellat, unde hic Ricinos  
Hermolaus dixerit pro baccis eiusdem arboris, nam & ipse Diosco. Crotonas orimus idest ma-  
turos ricinos dixit, & quoniā hæc arbor Cici quoq; diceretur, in de Cicum oleum.

Expansosq; uaratum modo, Locum hunc Hermolaus ita interpretatus est ut thelopodon intelle-  
xerit aream in qua Vuæ insolentur, i. soli exponantur, quod & graci gramicici prodant. Alii  
insolationis tantum hoc loco meminere, nec de uinis quicquam addendum censuere, sed Her-  
molaus nescio quid expressius innuere uoluisse uidetur.

Fraces, hoc in loco de ueterum fontibus carnem Ricini interpretari libuit, nam fraces olei sex a ue-  
teribus dictæ.

Trusatiles molas eas intellige qmā agerent, qbus Plaut' poeta dū uacat, comedias scriptitauit.  
Ctemor idest succus.

Si qui aquis grauantur, idest hydropefis laborent.

Cap. XXXIX.

Massa fiat uel baltium, Tu quid sibi barbarus hoc nomine uoluerit, attende.  
Eorundem locorum, eleganti ueterum norma locorum nomine uulua muliebres intelligit.

Suspitia, idest asthmata quod nomen uulcus usurpet iam ad orthopnoeas & dysponeas.

Ulcera manuia tua, graci Achoras, uulcus in imperiu tegniā a tenedo (ut arbitrio) eo quod diffi-  
cile recurari possit.

Cap. XL.

Varos, Ionthos a graciis, simile fere uitium aspredini quæ ori fere in nascit, & gracie Ephelis appel-  
latur, nā lenticulas, quas graci phace nominant, lentigines iam trito uerbo uulcus & docti ap-  
pellant, ut Ephelidem fortasse uolaticas esse suspicere.

Cap. XLII.

Nuce iuglandi, Caryon graciis.

Cap. XLIII.

Interpolato condensitoq; bene premito & excolato.

Cap. XLIX.

Ambusta, fufures, ambusta graci pyricauta, latini nunc ambusta, nūc adustiones & adusta dixe-  
re. Nam fufures qui pityra dicantur, in facie maxime uisuntur ad similitudinem fufutis os  
ipsum de honestantia.

Attritus sedis, idest paratimmata, is est morbus quem aut attrita aut intertriginem latine reddas.

Id malum autem assiduo equitatu aliae caufa adurit atteritq; femina. Nam sedis fissa hoc in  
loco Rhagadas interpretatur ex Celsi, qui fissa ani dicat, Plinius interdum scissuras, quo malo  
labia sœpe & feminarum Vulva laborent.

Cap. L.

Dtupæ quid sint ex Corollario Hermolai pete.

Cap. LV.

Capulam & labellum, utrumq; pro uafe accipe.


Vngues, Capita foliotum rosatu eoruq; candidas partes a similitudine Plinius intelligit. Quod  
& barbatus de graciis etiam fontibus hauit.

Subiunguntur, emenda subiunguntur.

Olacitatem, idest Grauem odorem.

Cacoethes, Celsus triu carcinomatos species facit, primuq; quod cacoethes appellat, idest cu ulcus  
sider, exteriora uero intumescut. Insanabilis omnino morbus, quippe qui a longa deprava-  
taq; consuetudine nomen inuenierit, unde remedium difficultius inueterato iam malo.

AA iii



**Cap. LVII.** Palmae abietis fressæ, idest contusa. Lentisci. Schinon hic magis probavit q̄ Schænon. i. Iuncum. Vitilem siccellam. i. Ex utilibus Iuncis textam, utilia autem a uinciendo ueteres appellantur. Interclusis emenda. Viceribus Scabiosis, græci psorode helce appellant. Perniones chymethla græce morbus pernis idest pedibus infestans dictus Calcaneo familiaris frigore nimio, unde bugancias ulcus appellari dubium. Certe socordibus ac ignavis uel pro uerbo attribuimus. Mala sepenzia, herpetas dixere quæ ulcera huiusmodi sunt ut ossa ipsa deuorent totumq; corpus uexit ab errando sic dicta. **Cap. LVIII.** Tribulamus, a tribula frumentaria qua fruges teruntur uerbum deductum. Significat autem frequenter conuertere & uoluere, erat autem tribula seu Tribulum tabula faxo uel ferro asperata qua triticum terent, cuius etiam Virg. meminerit Raro nunc Italie usu, unde ecclesiasticis scriptoribus tribulare. Collectionibus sedis. Mirari fortasse quis habeat quare Barbarus collectiones pro inflammationibus uerterit: quum Dioscorides phlegmonas dixerit: Quatum & si diuersæ species Galeno ad glauconem libro tradidantur, tamen inflammationis nomine sere appellantur. In diligendi, tu desideri emenda. Tenetnū autē græci morbum appellant quotiescūq; eggeridi fortes cupiditas nimia adsit sed irrita, sedis inflammatione sequenti, excrementisq; mucois & sanguinolentis erumpentibus. Premitū uulgas (ut opinor) hoc incomodū dicit nō inepit. **Cap. LX.** Extenuatotia Acuta sic distingue, ut postea ita legas, feminarum pluribus malis. Hopisthotonum, Celsus eleganter hunc morbum ita distinguit, ut quibus Scapulæ ex æquo rigant, hi tetanici. Quibus autē mentum pectori sit adnixum, empisthotoni. Quibus caput Scapulis, opisthotoni dicantur, non facile discernentibus aliis morborū species & nomina. **Cap. LXI.** Prioribus scopis. Græcus codex Phylla idest folia, ut tamen ad abrotanum si respicias non male barbarus scopas uertisse uideti possit. **Cap. LXII.** Febribus circuitu meantibus, febrium, i. rigores intelligimus, qui certo horarum & dierum statu interuallo redeant, unde Periodica a græcis etiam dicta. **Cap. LXIII.** Ut bene fracescat, idest Emolliatur & coalescat in fractum similitudinem, quid autem sint fraces, superius plene ostendi unde uerbum. Collacta tu collata a collando restitue. Denarios decem idest drachmas, nam denarius drachmæ respondet. Dispescito, i. disiungito. Eruptiones eczematæ græci. **Cap. LXVI.** Glaucomati, Glaucoma & hypochismus quam suffusionem appellare licet, ueteres non distinguebant, recentiores auctore Paulo in hunc modum prope traddidere. ut Glaucoma sit uitiū humoris crystallini appellatum in glaucum uergentis, unde & appellatio. Hypochismus autem sit humor inter corneam & crystallinam partem concretus. **Cap. LXVII.** Distimétū Calami, phirama placuit interpretari distimétū, idest ipsas Calami partes cōtulas. Spatha, uerbo hoc græci multiplicitate sunt usi, Spatham certe Theophrastus & Plinius Palmariū cum suis frondibus ramum appellantur, hic rūdiculam intellexit. Sed & textoriū instrumentū iam hoc noī dicimus. Nec recentioribus nomen Spatha pro enī inepit tñ & barbare (ut opinor) nō usurpatū. Spatha ēt uerbu pro moliter agere græcis comicis nō indicatum est. **Cap. LXVIII.** Distillationibus, coryzas græci communī nomine, Sæpe etiam catarhū dicunt, quæ uulgaris iam est omni grauedini narium appellatio. Ozena autem ulcus est narium in altitudinem descendens ad ossa illa quæ ab angustiis isthmoide dicantur. Ardet hoc & pessime olet unde & nomen humore nunq; non distillante sensumq; odorandi adimente. **Cap. LXX.** Fistulas hydrocelis. Fistulas latini græcorū imitatione dixere si quidem & illi syringa, quæ fistula ex canna etiā dicitur, appellant. Iam & uulgas hoc sequitur. Hydrocela & enterocela & Epiphysa.

Hydrocela cōmuni nomine hernias Celso auctore nostri dixere. Testium morbi sunt. Cum uero humor in alterum testium effluit, unde ille intumescat, Nec facile diduci possit, Hydrocelas græci dixere idest Herniam aquosam & humidiorē. **Cap. LXXI.** In centunculo. Plomate Centunculum interpretari placuit Barbaro, nos puto Feltrum de feltria Venetiæ oppido ubi laudatissimum fiat, diximus. **Cap. LXXII.** In scroto. Sic testium folles ac eorum conceptaculum dicimus, ut fallantur qui Serotū pro Scroto legant. Oscheum græce. **Cap. LXXVI.** Vuluis cum oleo. Græcus codex Dioscoridis habet ante hoc Carybaricon, quod fortasse Hermo lai codici deerat, ut mirari definis prætermisum. Ad carbunculos & Gangrænas. Gangræna caro est emorta uel inflamatione ac rubore. Subalbescit primo id malum, inde Atrum fit nullo sensu, hoc prominentes corporis partes infestat maxime inter unguis scilicet & Alas & inguina. Serum Peculiare incommode & quorum corporis niale affectum sit. Obambulantes febtes. Periodicas appellat Eleganter de quibus supra. Primitiuā fucus, idest Grossos, sic enim latini quos græca lingua olynthos appellat. Spissamina seu spissamenta stympata græce. **Cap. LXXX.** Tegete Palmea, Psiathum græcia, quemadmodum Pediasmon campestrem. Et ergasimē operariam, Minæ autē a populis dicta quos Stephanus & Plinius citet. Illud admonēdus est mihi diligens lector caput superius de Iasmino, s. in quibusdam Dioscoridis nō esse codicibus, ut propterea adulterinum existimare possis. Languida est cuiuscūq; a digerentibus additum oleum est. Hunc locum Barbarus ita interpretari uoluit ut non sequeretur codicum fidem qui contrario sensu ita scriptum præferant. Quibus additum nō sit oleum. Secutus (ut opinor) Serapionem qui de negatione nihil habeat. Vocem obtusam sic Barbarus ex Celso quod græca Dasymos phones præferatur. **Cap. LXXXII.** Arenidus idest furfurosus & Psapharos. Oblise uoci, idest apocopen uocis quasi Abscissionem & interruptionem dixeris. Quod uero fauibus branchon interpretatus est alii raucedinem, ut tamen significantius quid Barbarus noster expreſſerit, quemadmodum & illud in principio Pingue reddit quod alii scordescēt. Si quidē ex bonis codicibus & Serapioē liparon idest pingue nō riparon, i. fordescēt maluit. **Cap. LXXXIII.** Saracenice arboris tu lambracenice emendato. **Cap. LXXXIV.** Quadrantalem formam, i. quadrangularem idest tetragonon. Linamentum a Lino, quod inuolutū et in tenuia fila dissectum chirurgici imprimitis adhibent ad curanda uulnera, taſta uulgo dicitur. Paronychia, Morbus hic circa radices unguium unde & græcis nomen, uulgas Panaricum appellat maxime infestum & noxiū carnis abscesu. **Cap. LXXXV.** Feminas defluvio laborantes emenda. **Cap. LXXXVII.** Semidodrantē idest quatuor digitorū magnitudine, sic, n. & Plinius græce Tetradactylæon. Idque iungis facito, tu restitue iugis idest assiduus. Eademq; ratione succenturiato idest suppletorio tralato uerbi significato a te militari. **Cap. LXXXIX.** In tenues hastulas. Quod hic Hermolaus tenues hastulas græce spathea præfett, Quin quod ad lassitudinis remedia & ad ea quæ lana Molli excipiunt, interpretari uoluit qd acopa quidue Pessos græcis uerbis intelligere uoluerit alibi. Sed & raritatem superciliorū quod addit, & Ptila blephara Dioscorides scripsérat, alii Callosas Glabrasq; genas, quam recte ipsi uidentint. **Cap. XCII.** Ulcera quæ depascunt. Nomina hæc diximus appellati, quæ a serpendo nomen adeptæ corpora hominum infestent. Cremia eius uirientia, hic Hermolaus etudite magis quam aperte quod xylatia chloræ Dioscoris

des dixerat, id est surculos uirentes Cremia reddidit, quo nole latini surculos aridos quoru-  
cūq; lignorū intelligūt a cremādo. Nam collumella a rusticis appellati sic tradidit minutos &  
Aridos surculos, grāce hāc phrygia dicunt. Vnde in factis quoq; literis cremia agnoscas, iam  
qd' calamistri uicē præbere scrip̄lit: tribus exéplaribus Hermolai id ipsum detrectantibus, uide  
ne calami aptius legas.

Cap. XCIII.

Additur & in dentifricia, si negmata dentium grāce Dioscorides, quo nomie graci quicquid ad  
nitorem spectat faciundum feminis appellare solent, factis etiam literis si negmata & oleum  
afferenda esse susanna perhibentibus.

Crassa, retorrida, odorata, triabilis; Adron, pyron, euoden, & eutriben grācus codex, ut nō pos-  
sim nō mirari eos qui stridoris nescio cuius his uerbis interpretādis meminerint. Iam et Her-  
molaus, quod Pyron grāce, retorridū dixit, quo nomie loca solidiora exulta & maxime arecen-  
tia intelligere solemus,

Cap. XCVI.

Vtq; non omni loco sic emendabis.

Cap. XCVII.

Minime loricato, Aconiton Dioscorides id est sine aliquo tectorio munimētoq; intrinsecus ad-  
hibito, solent enim figlinæ utro intus ducto quod uitreatre appellant, fistula solidiora redde-  
re, quam rem loricam eleganter Barbarus uertit unde loricatum uas.

Call y blepharum, hoc nomine graci medicamentum ad palpebras fucandas utuntur unde &  
nomen. Sarmaticis feminis & hispanis familiare.

Cap. XCVIII.

Tonsillas, hunc graci morbum Parithmia dixerat, quandoq; & antiades. Inflammationes autē  
sunt circa collum & eam partem quam poma appellamus ulceroſo abscessu circa uam subna-  
scentes, glandulæ in suibus dictæ Plinio. Tametsi Celsus & in homine glandulas agnoscat  
unde glandium & glandionica carnem in suibus culina pro præcipuis Ganeis habeat, no-  
cellas nos de nucum similitudine (ut opinor) & dracunculos diximus, aduersus quas tran-  
spadani agrestes electrum pro amuleto adhibent pueris,

Strumas, hūc morbū quidā ex latinis pro Gutturoſo dixere qualē Alpes italiæ plurimū habēt, me-  
lius aut̄ pro eo morbo itellexeris qd' Scrophulas uulgas appelleat, Graci choiades qm̄ porci  
maxie infesten, persuasum est a Gallorū regibus hūc morbū facile curari manu tātu iposita.

Circūscarificat, scarificate est aperite ac dilatare ulcerum ora.

Cap. XCIX.

Alopecias. Vulpiuſ hic fere morbus unde & nomen graci fit aut̄ cū deciduus capillus areas &  
Glabreta in hoīs capite faciat. Idē ferme cū ophiasi niſi figura distaret, alioqui & hoco serpen-  
te dictum.

Cap. C.

Accensam, tametsi Dioscorides ellychniasimenes habeat id est ellychnium habentem, maluit ta-  
men expessius accensam & ardenter interpretari, qualis, n. uetus ellychnii niſi ardeat?

Imbecilles illachrymātes, ueteres codices graci minimelachrymātes, sed latini detrahūt negotio-  
ne, ut iteri dubia sit apud Dioscoridē lectio, utrū nā ad oculos q; imbecilli sint & illachrymāt,  
an ad palpebras referas.

Cap. CI.

Tuberculā Panosq; discutit, phygethon graci & Celsus appellat quod nos panos latine interpre-  
temur a texticū pano deducta nominatione. Est aut̄ is cū tumore non alto sed lato uerter,  
inguina, Alæ, dolore uehemēti extuberant ad pustulæ fere similitudinē, iam nos inguini mor-  
bum peculiarē panochias ēt diximus, qua ratione in milio ac melica nō omiuimus pāniculas.

Cap. CIII.

Habetur & zacynthum, tu zacynthium emenda.

Cap. CIV.

Restirue in apolloniatarum agto.

Cap. CV.

Catapotiū, Pilulam hodie uulgus dicit pharmaci Medici nostratis frequentissimum.  
Radiolo id est Sperillo, quo utuntur uulnerarii, uerbum satis notum in medicinæ usu mylotisa  
graci dictum, sed quod sequitur ita emendabis pilos genarum incōmodantes.

Cap. CVI.

Galbuli, quæ dioscrides sphæria dixit erudite Hermolaus noster galbulos uertit, sūt aut̄ cupel-  
fini coni itra quos exigua latē semina, quæ nō facile niſi a peritis colligan, ubi illi difflauerit.

Polypos natibus eximūt. Duplex fit in naribus morbus, Alter quē polypum de carnis eius simi-  
litudine diximus: Alter quē ozenā de odoris grauitate nūcupamus. Et polypus est Celso cū  
caro modo alba modo subtubra ossi ihæret; nūc ēt latius serpēs adeo crescit, ut stragulet ape.

hoīem, quod euro austroue flāte malū noxiū magis sit. Af ozena insanabile & ipsum uitū est.  
ulcera, n. circa nares crustæ plures excitant, unde fedus teterq; exhalet odor, huius morbi si  
militidine fere uexati qui Gallico incōmodo pxmis hisce annis laborauit, nullo medicorū  
remedio cū ad nares descēdit.

Cap. CXI.

Vermosis autibus. Et si uermina corporis dolor esse dicatur motu minutiore exagitante, uet-  
miosas tamen autes uerminis obnoxias diximus, unde non cerebrum solum, uetum illæ  
etiam uerminare dicuntur.

Ricinos, tincinus Arbor ea est quā graci Cici seu crotonē dixerat, hinc ea aīalia quæ canes infestent  
cynoraestha & crotona appellata, quæ uulgasim Cicas nūcupata Cici arbore, quæ & ricinos  
etī latini nūcuparūt.

Cap. CXIII.

Vitiligines, corporis de honestamēta quarū species alphas & leuce a graci dicant aliqua tñ diffe-  
rentia, nā leuce altius ēt serpit ut profunda corporis imutet, alphas tantū supficiē. Melas colore  
nigro umbra imaginē refert, & priora duo sanescere possunt, quippe quæ orianē & desinant.  
leuce autem in qua sunt albentes pili lanugini ad similes, uix sanatur, tametsi ab Alpho colore  
parum distet, latini omnes uitiliginis appellatione intelligunt a uitilinæ Membrane similitu-  
dine, quam secum uituli nascentes ferant, quasi uitulagine dicte uoluerint. Strabo alphæ/  
um arcadiæ fluuium ab alphis purgandi existimat appellatum.

Cap. CXXII.

Ignes sacros, huius morbi Genera duo Celsus fecit Plinius plura reddidit & unum quod zoster  
appellatum prodat Erisypelas a graci nūcupatum. In utroq; pus & Rubor cum calore fit  
maxime in pestore aut lateribus aut eminentioribus partibns.

Cap. CXXIII.

Ad laxandas quæ p̄clusæ sunt fistulas, graci uerbum syringes reddidere latini, uulgas & ipsū  
hoc nomē usurpat, officinis medicorū puetisq; earū iā familiare. Certe syringā ferrū uulnerari  
appellant quo huiuscmodi secessus p̄tentāt, illud obiter adnotarim quando de papyro, &  
chata agitur, diuersissimā esse eius coficiūda rationē qua ad p̄sens utimur, si Pli, attendas.

Cap. CXXIII.

Fractū lignosum inæqualē, Hermolaus magis pbauit anomalon, i. inæqualē quā anomalos, i.  
inæqualiter qd' codices recentes habent, Serapio dentatum uidetur magis approbasse, iam &  
tusum paulopost agnoscit, i. piesteis, quid in graci codicibus desideratur impensis.

Cap. CXXVIII.

Folliculati specie, assimili uerticillo, grauis hic lapsus Ruellii & aliorū uideri potest, nisi excusat  
hominē alioqui bene doctū codicis unius tātu usus, quē secutū se esse prodat, & illius imptefi  
olim ab Aldo, ille igiē asphodelo legit quod sp̄ondylo legere debuerat, sic, n. graci appellat  
carūculā ostreorū interiorē a similitudine uerticilli, quē feminæ adhibet fusis melius torquēdiſ.  
aut igitur uerticillo, i. sp̄ondylo interpretandū fuerat, aut sp̄ondylio herbæ ad similes cuius &  
Pli, xxv, meminit.

Cap. XXXIII.

Cum Cerato Ambustis & uetustis ulceribus, Pl. ceram non ceratum agnoscit.

Cap. CXXXVI.

Si qdē folia ei⁹ capræ atq; hirci carpētes, sic lege sine illa distōne ad colorē reducit cū uino illitū.  
Cogunt in offas, magidas hoc in loco offas interpretatus est Barbarus, tñ & si Magis iureconsultis  
pli, & polluci diuersum quid significet. Cæterum Magis graci & pro pane accipitur & pro  
macra a uerbo grāce quod subigere & mollire significat, unde & maza & magnata quāsi in  
orbiculos & pastillos fūta sine scabrie, Psapharon scabru, & squalidū interpretatus est Pli, ta  
men sincerum, uisu aridum, quod tactu mollescat.

Cap. CXXXVIII.

Sine maculis, grācus codex Ktedonas, i. uenas Theodoro & Serapioni, maluit tñ Barbarus Aui-  
cenā sequi qui maculis hoc in loco reddiderit, illud iterum agnoscit Ruellius male redditū qd'  
sequit factiti cornu laetitate, nā exploitū eleboratiq; uertere debuerat, qñ erga menō hic grāce  
ce positiū nil aliud significare uelit, illud ēt hoc eodē capite adnotadū ne nō sesamina ligna sed  
sycamina magis pb̄es, i. mori.

Cap. CXXXIX.

Compositionibus quas antheras, i. ex floribus præcipue confertas.

Cap. CXL.

Diaplasma, Tu diaplasma, sunt autē Pli, diaplasma quæ siccis odoribus cōstēt aspergines ad  
sudores coercēdos, ut supius ostēdimus.

Cap. CXLI.

Radice obliqua, quid si nō plagia, i. obliqua sed plateia, i. lata legas Pli, auctorē minime pemino-  
sum, i. malū odoris a pædore, s. qui malus est pēdū odor, thagadas sedis, i. tūmas & scissuras.

Lorchit in autē unde fieri lycium Dioscorides dicat, a lācea dictā opinor grāco de fonte, cui se  
mē ad simili sit. Pl. diuersa a xiphio & phasano. sed & autīgine barbarus ieteron. i. regiū mor  
bū uertit, quippe qui colore ad simili auro sit, unde illud catullianū aurata pallidior statua,

Cap. CXLII.

Pterygia, hūc morbū Celsus reduuiā penes simili redit, cū carūcula, s. ab ungue discedit nō leui  
dolore, sed ne hoc affirmē Pli. auctoritas obstat. q̄ reduuiā a pterygio seiuxit. Paulo certe pte  
rygion est cū caro excrescit eā unguis partē obtegēs quae pterygion appellatut, quod uitii ex  
paronychia fere oritur. Cæterū ubi etiā membranula neruosa ab oculorū angulis oriens siue a  
narium temporū ue parte ad coronā usq; pupillā interim uelat, id ipsum morbi & pterygion  
diximus, ab alatum uidelicet expansarum similitudine.

Cap. CXLIII.

Cruciformi senticū implexu scolopoides Dioscorides, quod Ruellius aculeorū uallo munitu:  
Barbarus (ut opinor) expressius & ipsam asperitatem et formam innuit. Nam & si scolopateū  
& acutum palum uetus grācia dixit, cui fontes per medianam spinam in misso infigerentur,  
quem Turce retineant familiari his supplicio, tamen nescio quo pato hæc ipsa barbari inter  
pretatio magis arridet. Nam & an ascolopisthentas cruci affixos dicere solemus. Fuit etiam  
hoc moris, ut ad ujneatum custodiam palos acutos defigerent, nec facile qui uas asportaret,  
effugere possent, quos & scolopas dixerat.

Cap. CXLV.

Virilitati. i. uirili membro, grāce ædōjon. i. uerendum dicunt. sed & paulo post ita distingue. In  
mentorum scabiem cum decocto lupini & chamaleonte herba inunctu sanat.

Cap. CXLVI.

Solo asperso, tu aspero emenda, geniturā quoq; absumit, grāci gonē. i. semē, & sperma ipsum,  
sed quod addit uirgas Agni uiatori gestatas intertriginis metū auferre, admonuimus iam an  
te laſſitudinem crurū quae equitando aliae contingat causa hoc nomine a latinis appellari  
pat rimma a grācis.

Cap. CXLVII.

Igni sacro diximus erisypelas a grācis dici, cuius Pli. etiam plura tradit genera. Illud adnotatu  
nō indignū quod & barbaro quādoq; mirum in modū placuisse animaduerto ex columella  
la, pusilla corpora uertisse, quae igne sacro laborarent, quando lunius ipse uerbo a pastori  
bus tracto pusilosas oues hoc morbo affectas appellare non dubitarit.

Cap. CXLVIII.

Acinas & pustulas oculorū sanat, ex Celso acinas staphylo mata interpretatus est, quod alii uuās di  
cunt, qualis uero morbus oculis innascens hic sit: ex Celso copiosius.

Cap. CXLIX.

Contrariae nigrae ac maturae faciliores uentri, Ruellius cum euadiaphthonon legisset, corruptiōi ob  
noxias uertit. Plinius tamen euadiaphoros legisse uide, qui faciliores uentri eas reddidit, sed  
quod sequit fricta, Ruellius atefactam, Barbarus frictam explaniana leſtōe magis pbauit.

Cap. CL.

Gingiuas uligine laborantes imbuimus, non possum hoc maxime non probare cum oulis pla  
doi laborantes uligine, i. nimio quodam humore uerterit, ut Ruellius anxiū uitia quedā gin  
giuant humida transtulerit, an non apertius humentes gingiuas uertissent iam uero quod se  
quis inuoluta, n. stylo lana, nō displicet, quod Ruellius expressius specillū reddidit mylotim  
autem grāci hoc ferrum appellant.

Cap. CLI.

Tilia quae ligno membranacea cohæret, Barbarus tiliam hoc in loco tenuem membranam inter  
corticem & lignum eleganter & eruditē reddidit, quando tilia arbor quam phylliram grāci  
dicant eius naturā sit, ut interiores & tenuiores eius tunicae multiplice membrana de qui  
bus uincula fiunt, tiliæ quoq; uocentur plinio, nō de tilaceis tabellis & poeta Cinesia i Anos  
nino Pio copiosius diximus, sed quod sequit sub caliculo, calicula restitute ex pli.

Cap. CLII.

Vlcerā maligniora pro malignioria emenda.

Cap. CLIII.

Parua nodosa, grāce condylodes, illud autem quod sequit inoffensa rotunditatis, Leion sic pla  
cuit interpretari, quando leion illi condylodes opponi optime uideretur.

Cap. CLIV.

Excoriarii fruticis, thus ipsum Collumella rheum sutorium quādoq; dixit, quoniam sutrā solis  
eius aridis ad coria perpolienda utantur, inde grāci byrsodeplos & scyptodeplos dicitus.

Cap. CLVII.

Vesicæ, tu adde uerbum unum quod deerat & uitia uesicæ restitue.

Cap. CLIX.

Contra æstu ardoreq; utimur, Causa Diſcorides. Serapio stomachi inflammatiōes, ego ue  
to non solum de stomachi inflammatione sed de febrium & sitis, intellexerim. Nam & cauſo  
na febrem eā solemus appellare, qua nimio quodāstu corpora nostra corripiat: unde & illi  
ab exurendis corporibus nomen, iam & qd̄ adglutinati pilos infra reddidit barbarus, mil  
phas hūc morbū appellari Paulus existimat, nam trachoma uitii id esse dicit, cū palpebra in  
terior scabritie laborat, quæ admodū pilorū i his glabrities & desfluuiū madarosis & milphosis  
dicāt, unde Comicæ ille milphionū personæ frequentes uti & blepharonum.

Cap. CLX.

Cum statu maxime integro ac florēteq; est. Tu hic distingue, & quæ sequuntur ite lege. Utuntur  
eo unguentatii.

Cap. CLXI.

Sed inutilia stomacho, Ruellius stomacho utiliora, quippe qui eustomacho tera legerit, ille uero  
ex medici suis, inter quos principē, sibi locū uendicat: dulcia scire poterat punica stomacho  
inutilia esse, aliterq; omnino legendum, i. eustomotera, i. sapore grato, nam & Serapio in hac  
prope uerba, & dulcia quidcm melioris saporis, nisi quia inferunt caliditatem stomacho, ad  
didit uero Hermolaus inutile Stomacho quod Diſcoridi grāco desit, ut expressius rem  
ipsam demonstraret: ex Plin. & Barbaris istis scriptoribus, ut dari uenia tamen Ruellio possit  
unum tantum Codicem & eum impressum sequito, quando aliorum non fuit illi, quod fa  
teatur ipse, copia.

Cap. CLXX.

Alethena, sic grāci cotoneorū genus quodam appellarunt quæ ueracia tu interpreteris, maluit  
tamen Barbarus grācum ipsum uerbum relinqueret.

Cap. CLXXXVI.

Anodyni uicem, grāci medicamenta quæ tollat doloris omnem sensum, hoc fere nomine ap  
pellant, ut acopa diximus quæ laſſitudinem leuent.

Cap. CXCI.

Ablaqueata, i. incisa ab radicibus, quo uerbo frequenter Pli. & rerū rusticatum scriptores usi.

Cap. CXCII.

Largo succo, id est Polyopon, aliis Polycomon, i. frondosam, & mea quidam sententia falsi op  
nione sua. Nec satis aduententes quod a Plin. Serapioneq; & mauritanis reliquis scriptoribus  
tradditū est. Nam hi multe pinguedinis, Plinius largo succo abūdate dixit, ut uel illi Polycō  
mon, id est gummosum & latē copiosum legerint, uel Plinius Polyopon, id est largo succo  
interpretatus sit, quare Barbarus largo succo non frondosam uertere maluit.

Colligete penicillo aut uelusculo, sponge et rō grāce, id est spōgia & lana Diſcorides, erudi  
tius autē & soletius uertit, Barbarus utrūq; planius & a pertius.

Cap. CXCIII.

Papulas & sudores, Papulae quas grāci exanthemata dicunt, duorum generum Cornelio sunt.  
grācius est quod agtion, id est ferū dicat, tñ rubent utrōq; pustulis minimis corpora, quod ubi  
euēnit boam Plinius appelleat A bubulo uidelicet simo, cuius illitu fere cutantur, nescio an  
hunc morbum uulgus nostrate petechias nuncupet Despondētibus animum medicis ubi ad  
febris in corpore illæ apparuerint.

Parotides, Hæ circa aures Collectiones dicuntur, quemadmodum parodontes quæ circa dentes  
appellamus, intumescent autem secundum aures, Tubercula quædam grauiora & noxia præ  
cipue pueris, Vnde & mors subsequatur interdum.

Vtriculos Hysteras, id est uuluum locosq; muliebres.

Furunculos, dothienā grāce, hoc Tuberculum inflamatio ac dolor subsequitur, Carnosis parti  
bus per q̄ familiare, Humor classior hunc fere gignit, Differt a Phymate rotunditate & magni  
tudine & forma: Differt & a pano siue panicula, (qui a similitudine panis ēt dicitur, panisq; ap  
pellari possit), q̄ hic latius diffunditur & Pustulae simile præse fert, uertici, aliis, inguini cū do  
lore & distētione peculiariis, Vernacula lingua nostra furunculos adhuc agnoscit.

Cap. CXCVI.

**Cap. CXLVII.**  
Crudæ uerrucas & Thymos. Thymum uerruculam appellauerunt q̄ florē Thymi apibus expertæ repræsentet, ægyptiæ fabæ magnitudine, genitali, sedi, sarmenibus, palmis, & inferioris pedum partibus peculiare malū, nā uerrucae quæ a græcis dicātur myrmeciae q̄ formicati more pugant in imo, ita angustæ sunt: ut pendere uideatur. formicationes etiam corporis quas Plini agnoscit, tñ & si Myrmaciae dicātur diuersas ab his existimo. Cerion aut fauus a nobis moribus Scapulis & pectori frequentior, foraminibusq; multis mellis similitudine manantibus carne in altitudinē corrupta & subpallida, quod meliceriam Celsus appellasse uideatur.

Cap. CXCVIII

**Cap. CCLVIII.**  
Cranocolapta species hæc phalagii a percutiendo scalpendoq; Cornu dicta qua forma & picum  
martium græci Drycolapten appellarunt. Nicandere in thericas illum ita describit ut similem  
phalænæ dicat, quæ locustini sit generis, quæ & psora & psyche sit postea dicta, hoc autem phalagii,  
& cephalocrusten appellatum, quod uidelicet capiti molestus (ut opinor) instrepatur, quod &  
arboris perseæ foliis nutriti cantet ille.

Cap. CXCIX.

Hiberis. hoc caput in quibusdā grācis exemplarib⁹ deest. quēadmodū & sequēs. quādo repeat̄  
infra aduerbū. quod autē dicat alii strychnon alii manicon. quid si iunctim legas alii strychnō  
manicon. i. in sanos tuddens homines. qđ autē grana duodecim Barbarus. Ruellius grācum  
uerbū corymbos reddere maluit. Galenus certe & Aunicēna. & Serapio capitella dixerūt.

# LEO PAPA.X.

**V**Niuersis & singulis præsentes litteras inspecturis Salutem, & apostolicam Beñ. Cum di-  
lecti filii Aloisius, & Franciscus Barbarus cives Veneti Dioscoridis libros e græco in lati-  
num sermonem a bo. me. Hermolao Barbaro Patriarcha Aquileiæ homini doctissimo,  
& eruditissimo uersos, eiusdēq; Hermolai Corollatum edere in manus hominum statuerint:  
ac propterea ut q̄ emendatissimi edantur, conductis a se impressoribus nec impensæ, dispen-  
diisue ullis, nec plane diligentia sint parsuri. Nos ratum existimantes, ut si qui fructus percipi  
ex eo labore possunt, ii ad ipsos potius, q̄ ad alienos deferatur: tum ut eius rei cura apud illos  
maneat, qui eam propterea, quod Hermolaus ipse alteri eorum frater, alteri patruus fuit, cate-  
tis studiosius exercebunt: Mandamus, & præcipimus, ne quis perquindecim annorum spa-  
tium eos Dioscoridis libros, & Corollatum imprimere, aut imprimi facere, aut impresos ue-  
nundare, uendendosue tradere ullis in locis audeat, præter ipsos Aloisium & Franciscum sine  
eorum iussu & concessione. Qui contra mandatum hoc nostrum fecerit, admisetur, cuiuscq;  
nationis fuerit, is uniuersæ Dei ecclesiæ toto orbe terratum expers, excōmunicatusq; esto: Illi  
uero, qui huius sanctæ apostolicæ sedis ditioni subiacent, præter hoc, etiam, decem aureorum  
in singulos codices quos impresserint, nel uenūderent erga dñm Cameræq; nostræ apo-  
stolicæ, ac ipsis Aloisio & Francisco æque applicandorū pæna multentur. Datū Romæ apud  
Sanctū Petrū sub annulo piscatoris. Die. xx. Maii. M.D.XVI. Pontificatus. Nostri Anno. IIII.  
B E M B V S.

BEMBVS.

**ΤΕΤΡΑΔΥΟΝΟΥΛΑΚΙΑ Η ΕΓΓΛΩΝΙΑ**

λοιδούσκοείδεν χαλανὸς ζωήφόρους  
στάζοντες δίγενες εἰλάδης συφωπάτοις  
γάλαι. ἐπεὶ δὲ αὐτόδηξος οὐ μόλας εἴς  
γειθοῦς χάριν ελυκερέης τὸ οὐ μόλις πόρε  
Ηδυομα φωνῆς, λιγότερον δὲ θύμβεροι  
Γόνος τε, καὶ σελίδες σοφῶς καρχηδονία.  
Εγκατίου μέπισος θήψουντο οὐ νιῆ  
Ἐπιπλον ἔσαι. καὶ γέρασίνως βρετᾶν  
Γάντων χρόνος φρεράτο πάντα διαχειρῶν κέρας.

**Index eorum Copiosissimus; quæ aut Dioscoridis Tralatione aut Barbæ Corolario Continentur.**

- |  |  |  |
|--|--|--|
| Abalandicus lapis.cor. c. 988.   | Acantha egyptia.cor. cap. 141.                   | Aconitum cynoctonon. c. 691.& cor.                             |
| Abies.c.95.96.cor.c.155.160.   | Acantha ariana.cor. cap. 141.                    | cap. 692.  |
| Abiblabon cap. 543.  | Acantha indica cor. cap. 141.                    | Aconitum pardalianches. capi.                                  |
| Abylea.cor. cap. 141.  | Acantha babylonia siue regia. cor. cap. 141.     | 690.& cor. cap. 691.   |
| Abiegne trabes.cor. cap. 160.  | Acanthion siue acatha genus ci cade. cap. 255.   | Acorus syluaticus. cap. 646.                                   |
| Abietarii.cor. cap. 160.   | Acat. cor. cap. 307.                             | Acopon cap. 597.   |
| Abiga. cor. cap. 605.  | Acanthus seminalis.cor. cap. 650.                | Aconitum. c. 408.690.& lib. 6.                                 |
| Abœblabon cap. 567.  | Accysiton. cap. 332.                             | capi.  |
| Abortum facietia.c.117.130.285. 349.355.397.399.400.402.564. 576.577.767.790.802.805. 909.913. | Accophthalmon. cap. 667.                         | Acopo attributa. cap. 1.                                       |
| Abortui. attributa. cap. 111.  | Accipenser piscis cor. cap. 297.                 | Acorus. c. 2. & cor. car. 2. 17. 49.                           |
| Abortus remedia ca. 109.524.   | Accipitri attributa. cor. ca. 498.               | Aconito cõtraria.c. 18. 191.276. 285.605.839.929.& lib.6.c.13. |
| Abrotonon. cap. 453. et. cor. cap. 452.453.  | Acetabulum.cor. cap. 400.                        | Acremon. cor. carte. 476.                                      |
| Abrorono attributa. cap.668.   | Acetarium.cor. car. 376. 400.                    | Acrophylon. cap. 553.  |
| Absinthiū rusticum cap. 450.   | Acetum. c.852.875.& cor.c.853.                   | Acrospelos. cap. 752.  |
| Absinthiū.cap. 450.453. & cor. capi. 450.  | Acetū mulſū. c.853.& cor.c.854.                  | Acrodryta.cor. cap. 169.                                       |
| Absinthium Choricon.c. 430.  | Acetum falso. cap. 854.                          | Actris. cor. cap. 256.   |
| Absinthio attributa.c.433.554.   | Acetū sciliticū.c. 856. &.cor.c.857.             | Acridophagus.cor. cap. 156.                                    |
| Abscessus remedia.c.303.365.389. 465.530.553.652.740.  | Acetum stoechadites. cap. 885.                   | Acratisma.cor. cap. 943.                                       |
| Absinthites. cap. 450.   | Acestis. cap. 915.                               | Actines. cap. 345.   |
| Absinthiū seriphium.cap.451.8. & cor. cap. 451.452.  | Acessis.cor. cap. 940.                           | Acten. cap. 793.   |
| Absinthiū marinū. ca. 451.453. & cor. cap. 451.452.  | Achy. c. 12. & cor. cap. 181.                    | Action. cor. cap. 794.   |
| Absinthium santonicum. 451. 452.& cor. cap. 451.452.   | Achras.c. 178. & cor. cap. 178.                  | Actea. cor. cap. 795.  |
| Absinthiomenon. cap. 453.  | Achamenis cap. 551.                              | Acucula. cap. 371.   |
| Absinthium ponticum.cap.453. & cor. cap. 451.  | Achilleos.c.646.728. & cor.cap. 644.646.647.729. | Acuta sentis cap. 131.   |
| Acalypha.cor. cap. 707.  | Acheosis. cap. 660.                              | Aculeatorum iectus remedia.cap. 113.347.358.490.593.854.891.   |
| Acanos.cor. ca.434.448. 474.   | Achedoton. cap. 664.                             | Acylon.cor. cap. 185.243.                                      |
| A catalis cap. 107.  | Achaicus flos.cor. cap. 230.                     | Acylone. cap. 541.   |
| A catetera cap. 108.   | Acherois cor. cap. 117.                          | Acyron. cap. 599.  |
